

# Nullius, seù Calaguritana Juris ordinandi.

Stantibus, &c.

- Dub. I. *An possit Episcopus Calaguritanus subditos seculares Abbatis Sancti Æmiliani iuxta Concilii Tridentini decretum in sess. 23. cap. 10. minoribus Ordinibus insignire, & eo impedito litteras dimissoriales prò illis adipiscendis elargiri.*
- II. *An relatus Abbas possit cumulatiue huiusmodi dimissorias litteras saltem quo ad primam Tonsuram concedere.*
- III. *An Testimoniales ad ordines suscipiendos conficienda sint ab ipso Episc. Calaguritano per se, an verò per epistolam supplicatoriam dicto Abbati, ut ipse illas conficiat.*
- IV. *An suscipientes ordines in alia Diocesi juxta novissimam SS. D. N. Innocentii Duodecimi constitutionem, seruatque ordine in ipsa contento, teneantur litteras dimissoriales ibi expressas à Calaguritano Episcopo flagitare, vel sufficiat eas exigere ab Abbate.*
- V. *An qui prætermisissis Episcopi Testimonialibus promotus fuerit cum testimonialibus Abbatis remaneat suspensus in ordine suscepto, & obnoxius aliis pœnis irrogatis contra male promotos tam à iure communi, & Conc. Trid. quam per Innocentianam constitutionem SS. D. N.*
- VI. *An Testimoniales prædictæ ad instantiam alieni Episcopi petite conficienda sint ab Episcopo Calaguritano, an verò à prædicto Abbate, cum promovendus sit secularis ex ipsius subditis.*
- VII. *An Abbas, qui litteras dimissoriales concesserit, nonnullis subditis secularibus, ut ad ordines promoveantur inciderit in pœnas contentas in Conc. Trid.*
- VIII. *An Episcopus Calaguritanus in casu incursum procedere possit ad declaratoriam contra Abbatem prædictum. In Casu, &c.*

**I. Reu. Pater.** **V**ener. Monasterium S. Æmiliani Ordinis S. Benedicti in sexto sæculo suam foundationem recognoscens, indeque ex antiquioribus, & insignioribus Hispaniæ, ut refert *Yepes in sua Cronica generali S. Benedicti ad annum 574. cap. 3.* illiusque pro tempore Reverendissimus Abbas habuit semper, & ab immemorabili omnimodam, plenamque Jurisdictionem ordinariam, quasi Episcopalem

\* palem cum Territorio separato in loco, & districtu suæ Abbatia conterminato, & distincto à finitimis diocesis Calaguritanæ, & Burgen. ut patet ex planctâ antiquitus confecta, *cujus copia datur*, eandemque Jurisdictionem habuit similiter in multis Ecclesiis suo Monasterio unitis, & dependentibus, licet existentibus intrâ limites Diocesis Calaguritanæ exercendo in ipso suo Territorio, & districtu Abbatia, prout in Ecclesiis prædictis privativè ad Episcopum Calaguritanum, & alium quemcumque Antistitem omnes actus tam spiritualis, quàm temporalis, & tam contentiosæ, quàm voluntariæ, ac etiam Diocesana Jurisdictionis in suos subditos regulares, & sæculares exceptis solum iis, quæ sunt ordinis Episcopalis, ut probant Testes cum Remissoria hujus Sacri Tribunalis coram R. P. D. Ottembergo concessa in principio cadentis sæculi examinati *Summar. num. 1. & 2.*

2. Cumq; *Æra 1201. seu anno 1164.* Rodericus Episcopus Calaguritanus prætensionem suscitasset super certis præstationibus, & recognitionibus pro dd. Ecclesiis sitis in diocesi Calaguritanæ, at tamen agnita veritate, quod illæ sibi in aliquo nõ erant subiectæ recessit à suscitata prætensione, omniaque Jura Abbati liberè pro se suisque successoribus dimisit subsequuta Confirmatione Apostolica S. M. Innocentii III. *Summar. num. 3.*
3. Successivè promotâ *de anno 1228.* controversia per Episcopum Calaguritanum, quod Ecclesiæ prædictæ sibi Diocesano Jure subjacerent, prodiit sententia arbitramentalis Jo: Suarii Archidiaconi Barbariensis, & duorum Canonorum Calaguritan. Judicum Compromissariorum absolvens Abbatem, & Monasterium ab impetitis per Episcopum, & declarans pro iisdem Ecclesiis lege diocesana in aliquo Episcopo non teneri, superaddito præcepto Episcopo ne Jure diocesano pro illis quæstionem aliquam in futurum moveret *Summ. num. 4.*
4. Et cum de *anno 1245.* iterum Episcopus litem promoveret super adjudicatione, & exercitio jurium Episcopalis, subjectionis, Obedientiæ, & reverentiæ ab ipso prætenforum, quo ad præ-narratas Ecclesias sitas intra limites suæ diocesis commissa causa per S. M. Innocentium IV. Abbatibus de Sylos, & Bugeto, atque Archidiacono Tirassonen., pleneque discussa, alia prodiit sententia absolutoria Abbatis ab impetitis per Episcopum non solum super prætensis Juribus Episcopalibus, sed etiam quo ad reuerentiam, & obedientiam, omniaque adjudicans Abbati, nuncupata undecim Siggillorum, quia ad majorem comprobatio-

bationē undecim sigillis similiter roborata fuit, quæ sentētia fuit acceptata tam per Episcopum, & Capitulum Calaguritanum, quam per Abbatem & Monachos, atque in forma specifica per dict: Sanct. Mem. Innocentium IV. confirmata *Summario num. 5.*

5. Abinde citrà pacifice permansit Abbas & Monasteriū in possessione, ac exercitio omnimodæ Jurisdictionis quasi Episcopalis cum Territorio separato, ut demonstrāt dd. Testium depositiones *Summ. num. 1.* & actus Jurisdictionales relati in *Summ. num. 6. cum seqq.*
6. Occasione autem superuenti S. Conc. Trid. renouauit Episcopus Calaguritanus controuersias contra Abbatem prætendens ex illius dispositione *Sess. 5. cap. 2. & sess. 23. cap. 15. de reformat.* Ius approbandi Prædicatores, & confessarios etiam in locis Abbatix subiectis sibi, non autem Abbati pertinere, consultaque Sac. Congr. Concilii generaliter respondit, *quod si Abbas non esset nullius Diœcesis ius approbandi Sacerdotes ad Confessiones personarum secularium audiendas, atque licentiam concedendi regularibus, qui in aliis, quam suorum ordinum Ecclesijs Sac. Conciones sunt habituri ad ipsum nullo modo pertinere, sed tantum ad Episcopum, intra cuius Diœcesis fines existeret; ut refertur in decis. 1052. num. primo coram Pania.*
7. Quapropter inhærendo huiusmodi resolutioni assumpta fuit disputatio in hoc Sac. Auditorio inter Episcopum, nostrumque Abbatem S. Æmiliani (nec non Abbatem S. Mariæ de Naxera, contra quem pariter similem controuersiam Episcopus promouerat;) Atque in principio cadentis sæculi prodiit Episcopo tantum informante *coram Pania dict. decis. 1052.* declarans eosdem Abbates consistere intrà limites Diœcesis Calaguritanæ, indeque illis Jus approbandi Confessarios, & Prædicatores non competere, confirmata per aliam decisionem 1072. coram eodem nõ perfectis per Abbatem S. Æmiliani principalem probationibus emanatam, ac consequutivè lata etiam fuit sententia, a qua commissa appellatione b. m. Ottembergo, duo aliæ supervenerunt decisiones confirmatoriæ impressæ post *Tamburin. de Iur. Abbat. tom. 3. in ord. 46. & 47.*
8. Verùm postmodū concessa Abbati S. Æmiliani Principali remissoria *Summ. num. 20.* illaque mediante de *annis 1608. & 1609.* cum acerrima oppositione Episcopi ser. ser. examinatis 34. Testibus vno ore deponentibus de plenaria Jurisdictione, & Territorio separato ejusdem Abbatis S. Æmiliani *Summ. num. 1. & 2.*

alijsque cumulatis desuper probationibus, agnoscens ex illis Episcopus malum Ius fouere, destitit ab illatis molestijs, & Causa in hoc statu probationis remansit, nullumque ulteriorem habuit progressum respectu Abbatis S. Æmiliani, qui successive, vsque in præsens pacificè continuauit suam possessionem prædictorum, aliorumque omnium Jurium Episcopaliū, & omnimodæ Iurisdictionis ordinariæ in proprio Abbatiali Territorio, Ecclesijs sibi subiectis *Summ. num. 6. & seqq.*

9. Nuper autem placuit moderno Reverendis. Episc. Aduersario contrà eundem molestias renouare respectu Collationis ordinum minorum, nec non concessionis Dimissoriarum, & Litterarum Testimonialium pro Clericis Sæcularibus subiectis Reuerendissimo Abbati Principali, promouendis, prætendens sibi, non autem Reuerendissimo Abbati huiusmodi actuum exercitium pertinere ex dispositione *Sac. Conc. Trid. sess. 23. cap. 10. de reformat.* recursumque habuit ad Sacram Congregationem Concilii, sed instante Reuerendissimo Abbate principali Illustrissimus Auditor Sanctissimi procedi mandauit in causa cum voto huius Sacri Tribunalis, à quo die 22. Iunij proxime præteriti obtinuimus compulsoriam, cujus vigore ser. ser. transportatis Iuribus una cum depositionibus dd. Testium insubstantiam prætensionis ex aduerso suscitatae demonstrantibus *Summ. n. 21.* obtentaque sub die 27. Febr. prox. præteriti facultate reuidēdi, & impugnandi antiquas Decisiones coram Pania, & Ortembergo ut supra emanatas, disputare hodie contingit præinserta dubia ex aduerso subscripta, quæ fauore D. Principalis resoluenda speramus, prout humiliter supplicamus.

10 Et quidē resolutio dependet à duabus inspectionibus; Altera scilicet an dispositio *Sac. Concilij sess. 23. cap. 10. de reformat.* prohibens Abbatibus, & Prælatibus inferioribus collationem ordinum minorum, Clericis Sæcularibus, & concessionē Litterarū dimissoriarum pro iisdem, & maioribus ordinibus suscipiendis comprehendat solum Abbates, & Prælatos inferiores, qui licet quantumcumque exempti, & exercentes Iurisdictionem quasi Episcopalem, etiam sub qualitate & denominatione Nullius tamen intrà limites alicuius Diocesis consistunt; Vel extendatur ulterius ad illos Abbates, & Prælatos inferiores, qui habent proprium Territorium separatum cum omnimoda Iurisdictione in Clerum & Populum priuatiue ad quemcumque Episcopum, & extra limites Diocesis Episcopi existunt; Altera an Reuerendissimus Abbas S. Æmiliani Principalis gaudeat Territorio separato

rato, cum exercitio plenariæ Iurisdictionis priuatiue ad quemcumq; Episcopum, & in specie Calaguritanum, extrâ cuius Diœcesis limites reperiatur, vel potiùs intrâ limites Diœcesis Calaguritanæ dignoscatur consistere.

11. Quo ad primâ inspectionem prò re funditus, ac mature discutienda prout exigit non minus Interesse Reverendis. Abbatis, quam subiecta materia, dum à presentis causæ resolutione firmabitur regula circa interpretationem dispositionis prædictæ Sac. Conc. Trid. circa quam, prout circa decreta Sac. Congregationis desuper emanata æquivocarunt plurimi ex aduerso cumulandi, confundendo terminos unius casus cum alio, animaduerti oportet ad triplicem modum, ac speciem Iurisdictionis, & exemptionis Abbatum, seu Prælatorum Inferiorum, simplicem scilicet, & infimam, per quam soluitur sola subiectio, mediam per quam soluitur Territorium, & supremam, per quam soluitur etiam Diœcesis Episcopalis adnotata per *Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 24. num. 43. ad 138.* Et rursus animaduertendum est ad duplicem casum cadentem sub dicta dispositione Conciliari, alterum Collationis ordinum minorum, & concessionis Dimissoriarum per Abbates, & Prælatos inferiores suis subditis tam Regularibus quam sæcularibus qui est casus noster, alterum Collationis ordinum minorum per eosdem personis sæcularibus, vel regularibus sibi non subditis, sed alterius ordinis, uel diœcesis habentibus tamen consensum, & Litteras Dimissorias suorum Ordinariorum, & respectiue suorum superiorum regularium, de quo *in decis. 985. coram Seraph.*

12. His prænotatis resoluendû uidetur circa casum nostrû Collationis ordinum, & concessionis Dimissoriarum per Abbates, & Prælatos inferiores Clericis sæcularibus sibi subditis prohibitiuâ functionem *Sac. Conc. Trid. d. cap. 10. sess. 23. cõpræhendere solum illos Abbates & Prælatos inferiores habentes Iurisdictionem tam primo & infimo modo per quam soluitur sola subiectio, quando scilicet illa est simplex, & nuda in locum, & personas non autem in Clerum & Populum; Vel etiam 2. modo, & media specie, per quam soluitur Territorium, quandò nempè illa ulterius extenditur ad Clerum, & Populum non vero ad Ius Diœcesanum cum in utroque locus ubi talem Iurisdictionem exercent Abbates, & Prælati inferiores, ad huc dicatur consistere intra Diœcesim Episcopi, ut explicat *Lotter. ubi suprâ; Nullatenus autem cõpræhendere habentes Iurisdictionem, tertio at-**

que præ eminentiori modo, Secundum quem soluitur etiam ipsa Diœcesis Episcopalis ipsaque situatio & denominatio quoties uidelicet Abbatibus, & Prælatibus inferioribus pertinent tam in locum & personam quam in Clerum & Populum omniaque respiciunt non minus legem Iurisdictionis, quam legem Diœcesanam in proprio, & separato Territorio pleno iure cum solida administratione priuatiuè ac independentè à quocumque Episcopo in hoc enim casu locus huiusmodi Territorij Abbatum, & Prælatorum Inferiorum talem Iurisdictionem habentium dicitur prorsus extrà Diœcesim Episcopi propriamque particularem constituit Diœcesim, eorundem Abbatum, & Prælatorum, qui veri illius Diœcesani dicuntur etiam quod sit undequaque circumdatus limitibus Diœcesis Episcopi, in qua amplius firus dici nequit iuxta *Gloss. in Clem. unica §. Volumus uerb. Diœcesanis de for. competen. Franc. in cap. Ut animarum §. Statutum num. 11. de constit. in 6. Gratian. discept. cap. 212. num. 9. Ciardin. controu. lib. 2. cap. 220. num. 72. & seqq. Rota decisio 619. p. 4. diuers. decis. 203. num. 13. p. 7. recen. decis. 54. n. 5. & 9. cor. Mart. Andr. decis. 459. num. 12. & seqq. coram Bich. & alibi sepe.* Certoque certius quando Territorium prædictorum Abbatum, & Prælatorum inferiorum habet suos proprios, & particulares limites contradistinctos, illudque separantes à finitimis Diœcesibus Episcopi *Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 24. num. 144. & seqq. Rot. decis. 12. coram Peutingen. per totam.*

13. Quod itaque Sac. Concilium non comprehendat Abbates & Prælatos inferiores huiusmodi habentes proprium separatum Territorium cum plenaria & omnimoda Iurisdictione, & extrà Diœcesim Episcopi Existentes resolutum habemus, *in decis. 82. cor. Otthobon. & decis. 31. post Tondut. de Pens. ita ut non indigeremus ulteriori discussione cum huiusmodi decisionibus tamquam articulum ex professo determinantes supponendæ ueniant non incidenter reuocandæ, Ex abundantia autem superaddimus, quod prædicta resolutio resultat ex ipsa Littera d. cap. 10. sess. 23. Sac. Concil. in quo licet fiat mentio de Abbatibus exemptis, & nullius Diœcesis tamè expresse loquitur de illis qui adhuc remanent intrà fines Diœcesis Episcopi iuxta primam, & secundam speciem suprâ consideratam, qui etiam dici possunt Nullius siue respectu exemptionis siue respectu dissolutionis Territorij ut patet ex verbis eiusdem cap. 10. in principio ibi -- Non liceat in posterum intra fines alicuius Diœcesis consistentibus -- & infra -- Ad Episcopos intra quorum Diœcesis fines existant -- Ideoque*

que extendi non potest ad Abbates & Prelatos illos qui Territorio proprio & extra Dioecesim Episcopi plenaria gaudent Iurisdictione nec status Nullius, qui adhuc dici potest positus in Dioecesi, & infra fines Dioecesis Episcopalis confundi debet cum Territorio omnino separato & extra Dioecesim Episcopi existente constitutiuo specialis, & propriae Dioecesis ipsius Abbatis, qui non modo nullius, sed uerè Dioecesanus in illo censetur ex supra allegatis, sicut sæpius ab æquiocantibus terminos confundi notauit *Lotter. d. quest. 24. num. 120. cum seqq.* Ita ut propterea attenda littera dispositionis conciliaris uersari uideamur in claris nec diuersimode intelligenda dispositio, *ad text. in l. ille aut ille ff. de legat. 2.* & alias uerba illa *intra fines* reiterato repetita remaneret otiosa, uel operarentur oppositum, & contrarium eo quod sonant, quorum utrumque esset absurdum non admittendum, ut ad propositum obseruat & firmat *Murg. ad constit. Apost. constit. 4. num. 51. & 52. in fine Ciarlin. controu. lib. 2. cap. 220. nu. 81. & seqq. Rot. dec. 723. n. 7. & 8. cor. Cerr.*

14. Et accedit ratio, quia cum Prælatis & Abbates huiusmodi habentes plenariam Iurisdictionem, ac Territorium separatum in omnibus parificentur Episcopis, inter sui Territorij fines Dioecesa ni nomen & facultates fortiantur iuxta *Gloss. in Clemen. unica §. Volumus uerb. Dioecesanis de for. compet. Rot. decis. 204. num. 50. par. 1. recent. cum alijs supra allegatis iure proprio iisdem competit facultas conferendi ordines minores, & concedendi dimissorias tamquam actus legis Dioecesanæ, unde non censetur Sac. Concilium talem propriam facultatem illis adimere uoluisse dum illos non expressit, sed loquitur simpliciter de Abbatibus, & Prælatis inferioribus intra limites alterius Dioecesis existentibus quibus non nisi ex priuilegio talis facultas spectare poterat, ut in specie animaduertit, & probat *Gratian. discept. cap. 212. num. 23. Sanch. conf. moral. lib. 7. c. 1. dubitatell. 21. Pignatom. 2. consult. 26. num. 27.**

15. Atque ita intelligendam esse S. Concilij dispositionem *in d. cap. 10. sess. 23.* plene discussio articulo & unum casum ab altero distinguendo firmant *Tamburin. de Iur. Abbat. disp. 2. quest. 26. per tot. Barbos. de offic. & potest. Episcop. par. 2. allegat. 7. num. 7. & 8. in adnot. ad Sac. Concil. dict. cap. 10. num. 8. & 14. Gratian. discept. cap. 212. per tot. Signanter 3. & 7. cum seqque. Ciarlin. controu. lib. 1. cap. 46. num. 17. & seqq. cap. 67. num. 27. vers. non obstat. Concilium & lib. 2. d. controu. 220. n. 53. & nu. 100. cum seqq. Cocckier de Iurisdic. in exempt.*

p. 4. *quest.* 43. *Campanel. in diuers. Iur. can. rubr. 9. cap. 8. num. 5. Sanchez. conf. mor. lib. 2. cap. 1. dubit. 21. num. 5. & 6. Grillizon. conf. 142. Flor. de men. Var. cap. 24. Dian. resolut. mor. par. 3. tract. 2. de dub. regular. resolut. 95. Versic. nota Nouar. in lucern. regul. uerb. ordo n. 7. & seqq. Murg. ad constit. Apostol. constit. 4. n. 51. cum seqq. Pignatell. tom. 2. consult. 26. n. 15. & 19. alijque plures ab iisdem relati.*

16. Quam quidem sententiã semper amplexum fuit hoc Sac. Tribunal ut in *decis. 117. in fine post Tambur. de Iur. Abbat. decis. 731. n. 8. & 10. par. 1. diuer. decis. 12. n. 26. cor. Peutinger. decis. 464. n. 5. cor. Merlin. & formiter discusso articulo decis. 82. n. 11. & seq. cor. Otthobon. & plenius decis. 31. post Tondut. de pens. quam sufficeret, ut diximus allegare prò articuli resolutione.*

17. Eidemq; assistunt plures resolutiones Sac. Cong. Concilij quæ ut refert *Pignatell. d. consult. 26. num. 15. tom. 2.* Licet sæpius dubitauerit an sub prædicto decreto Conciliari comprehendantur Prælati, qui habent plenam Iurisdictionem ordinariam eum Territorio separato eaqua discussione pendente in cõtingentibus casibus solita fuit comittere per modum prouisionis Episcopo Viciniori ordinum Collationem prout in specie comisit anno 1613. prò Archipræsbitero Terræ Carpen. anno 1631. prò Abbate S. Stephani de Bosco, itidem pro Archipræsbitero Altamura & prò alijs maturè tamen considerans Concilium loqui expresse de Abbatibus alijsque existentibus intrà fines alicuius Diocesis sæpius declarauit decreta contra inferiores Prælatos ædita non comprehendere eos, qui habent Territorium separatum, suntque ueri Ordinarij cum plena Iurisdictione quasi Episcopali ut per totidem uerba testatur ipse *Pignatell. ubi supra & Card. de Luca in adnot. ad Concil. disc. 14. num. 18. atque ita fuisse resolutum die 8. Augusti 1621. ex sel. in select. canon. cap. 19. num. 9. refert Barbof. ad Conc. d. sesi. 23. cap. 10. num. 8.* Prout etiam resoluisse Sac. Congregationem Episcoporum, die 16. Iunii 1601. refert *Nicol. in Flos. uerb. Abbas numero 8. in fine & uigesima Ianuarij 1645. uerb. Diocesis numero primo.* Atque revocata præcedenti suspensione similiter resoluit eadem Sac. Congregatio favore Prioris Monasterii S. Stephani de Bosco Congregationis Carrusianorum sub die 18. Junii 1632. subsequuta confirmatione S. M. Urbani VIII. ut in *Summ. num. 23.* prout etiam habetur in *d. decis. 31. sub num. 2. vers. Et ita distinguendo post Tondut. de Pension.*

18. Ac deniq; insimili circa alia S. Conc. decreta super approbatione

ne Concionatorum, & Cōfessariorum occasione suscitātē con-  
troversię per ipsum Episc. Calaguritanū, contra nostrum Abbate  
S. Æmiliani respondit semel, & iterum Sac. Congregatio Con-  
cilii, ut ex decreto relato in dicta *decif. 1052. num. 1. coram Pæ-  
nia*, & in altero decreto dato in *Summ. num. 22.*

19. Hujusmodi sentētię firmatę ut supra, & roboratę ex ipsa littera  
dispositionis Conciliaris, ex congruitate rationis, ex tot aucto-  
ritatibus, ex inconcussa sententia huius Sac. Tribunalis, & ex  
specialibus resolutionibus Sac. Congregationum non obstant  
nonnulla auctoritates in contrarium allegatę, & adductę reso-  
lutiones Sac. Congregationis Concil. in folio exadverso ad par-  
tes dato in præterita propositione 22. Junij 1699. Distinguendo  
enim casuum circumstantias vel non applicantur, vel facile di-  
luuntur.

20. Et quidem respectu resolutionū prædictarū Sac. Congregatio-  
nis, de quibus in dicto folio; in illa *litt. A.* Abbatie Castri Du-  
rantis, & S. Laurentii in Campo, vltra quod agebatur de Ab-  
bate Commendatario cui non competit facultas conferendi or-  
dines sicuti Abbati in titulum *Tambur. de Iur. Abbat. disputat. 2. quest. 1. numer. 5. & sequen.* habetur solum marginalis ad-  
notatio, ex qua apparet quod non fuerat probatum Territorium  
omninò separatum extra limites Diocesis Episcopi, sed de eo  
dubitatur, unde nil mirum si sub hac dubietate Sac. Congrega-  
tio declaravit Dimissorias esse concedendas per Viciniorem  
Episcopum, prout per modum provisionis ita consuevisse, in  
similibus contingentis refert *Pignatell. dicta consultat. 26. num. 15. tom. 2.* ita ut propterea nulla absoluta resolutio deduci possit;  
eademque responsio applicatur quo ad alias resolutiones de-  
scriptas in dicto folio sub *litt. B. & C.* circa Abbatiam Pixien. re-  
lative ad prædictam Castri Durantis aliã sub *litt. D.* circa Abbatiam  
Baren. Relinquendam Viciniori Episcopo si nescitur intra cuius  
Diocesis Episcopi fines consistat aliam sub *litt. F.* Archimandri-  
tam Messanen. aliam sub *litt. H.* circa Abbatiam Ageren. ibi -- *Quod si  
non constet ad Viciniorem & aliam sub litt. P.* circa prædictam Abbatiam  
S. Laurentii in Cāpo ibi -- *Ad eum Episcopum intra cuius Diocesis  
fines consistat Abbatia, & si id non constet ad Viciniorem.*

21. Ceterę verò resolut. sub *litt. G.* circa Abbatiam de Gerri sub *litt. I.*  
circa Abbatiam S. Marię in Balneo *litt. K.* circa Monasterium  
Sanctę Crucis Colibien. sub *litt. L.* circa Abbatias Elven, & sub  
*litt. O.* circa Prioratum S. Religionis Hierosolimitanę in Civita-  
te Neapolis respiciunt Prælatos inferiores, vel simpliciter exem-  
ptos,

ptos, vel existentes intrà limites Diœcesis Episcopi cum simplici Iurisdictione solutiua subiectionis, vel Territorii tantum iuxta primam, & secundam speciem Iurisdictionis supra adnotatam §. *Quo ad primam, &c.* & §. *His prænotatis, &c.* non autem habentes separatim omninò Territorium cum plenaria Iurisdictione iuxta tertiam, & præminentiore speciem Iurisdictionis solutiua etiam Diœcesi, ut patet ex lectura, ideoque non applicantur ad casum nostræ controuersie cadentem super eadem tertia, & præmentiori specie exclusiua Diœcesis Episcopi.

22. Similiter resolutio sub *litt. Q.* circa Abbatiam Cauensem prodijt sub præsupposito, quod illa esset sita intrà limites Diœcesis Marsicanæ ibi -- *E postea nella Diœcesi di Marsico*, cuius contrariũ tam quo ad Territorium, & situationem huiusmodi, quàm quo ad Collationem Ordinum, & Dimissoriarum concessionem resoluit hoc Sac. Tribunal *coram Veraspio decis. 31. post Tondut. de pens.* qua propter resolutio extorta sub falso præsupposito illo corruente nihil firmare potest.
23. Resolutio verò sub *litt. N.* circa Abbatis Diœc. Catanieñ. percutit casum omninò diuersum Collationis ordinum per Prælatos inferiores habentes simplicem Iurisdictionem, Episcopalem personis sæcularibus, & regularibus sibi non subditis, sed alterius ordinis, vel Diœcesis habentibus consensum, & litteras Dimissorias suorum Ordinariorum, vel superiorum regularium, quàm adhuc sibi pertinere Prælati inferiores contendebant, non obstante dicta dispositione Conciliari *sess. 23. cap. 10.* ut notauimus supra §. *Quo ad primam &c.* in fine super quo casu de speciali mandato sanctiss. discussa causa in hoc Sac. Tribunali prodijt *decisio 985. coram Seraph.* unde stante diuersitate casus nihil inferri valet ad casum, de quo disputamus Collationis ordinum, & Concessionis dimissoriarum per Prælatos inferiores proprijs subditis etiam sæcularibus *L. Papien. exuli ff. de minor. Barbof. axiom. Iur. 114.*
24. Quinimò id ipsũ apertè retorquetur, & urgens resultat demonstratio prò non compræhensione sub dicta Conciliari dispositione Prælatorum inferiorum, & Abbatum habentium Territorium separatũ cum omnimoda Iurisdictione iuxta casum nostræ controuersie si enim fuit dubitatum, & de mandato Santissimi discussum in hoc Sac. Tribunali specialique decreto Sac. Congregationis stabilitum circa incompetentiam Abbatibus, & Prælati inferioribus simplicem Iurisdictionem habentibus facultatis

tatis conferendi ordines minores Regularibus diverſi ordinis, & inſtituti, perſoniſque ſæcularibus ſibi non ſubditis apertè ſequitur ex mente Summi Pontificis, & Sacræ Congregationis facultatem competere Abbatibus, & Prælatiſ inferioribus habentibus Territorium ſeparatum cum omnimoda Iuriſdictione conferendi ordines minores, & dandi dimiſſorias, tam regularibus, quam ſæcularibus ſibi ſubiectis ad quid enim in controuerſiam deducere, diſcutere, & ſtabilire incompetentiã facultati prædictæ habentibus ſimplicem Iuriſdictionem quo ad Clericos ſibi non ſubditos ſi exiſtimatum fuiſſet illam non habere, neq; quo ad Clericos ſibi ſubditos Abbates, & Prælatos etiam habentes Territorium ſeparatum hac enim ceſſante nulla cadere poterat dubitatio, quo ad alios ſimplices Prælatos, & perſonas ſibi non ſubditas: vt patet ex terminis.

25. Prout etiam retorqueretur, & ſimilis demõſtratio reſultat ex reſolutione exadu. data in d. folio ſub *litt. E* circà Abbantias, quæ intrã fines Diœceſis Oſcen. ſupponebãtur, in qua licèt fuerit reſcriptũ Epifcopo nõ licere Abbatibus huiuſmodi Litteras dimiſſorias concedere; tamen reſeruantur iura iſdem Abbatibus diſcutienda in Sac. Congregatione ibi, - *Si quis tamen erit Abbas, qui raclamet, & contendat id ſibi iure licere ad Congregationem veniat, vel mittat* - ex quo ſatis dignoſcitur ſenſum Sac. Congregationis non fuiſſe Abbates quoſcumque, & Prælatos inferiores ſub dictã diſpoſitione conciliari compræhendi, ſed ſolũ illos, qui eſſent intra fines Diœceſis juxtã præſuppoſitum quaſiti eidem Sac. Congregationi facti *vt d. litt. E* reſeruando alijs Iura diſcutienda in ſacra Congregatione.

26. Vndè de primo ad vltimũ dignoſcitur reſolutiones exaduerſo adductas, vel non applicari ad caſum noſtrum vel emanari in circumſtantijs dubietatiſ ſuper qualitate Iuriſdictionis, & Territorij Prælatorum Inferiorum, vel retorqueri, & generaliter loquẽdo numquam fuit absolute per Sac. Congregationem determinata noſtra controuerſia, ſed vt plurimum prouifionaliter in dubietate articuli, vel circumſtantiarum factis prouidit, & ſi aliquod prodijt decretum contra Prælatos inferiores non conſtat prodijſſe illis auditis eorumque Iuribus diſcuſſis, ſed e contra quando ipſi ſe oppoſuerunt, & recognitum fuit habere abſolutam Iuriſdictionem cum Territorio ſeparato in ſententiam eorum favore Sacra Congregatio deſcendit; ut reſert *Pignatell. dicta conſult. 26. n. 15. tom. 2. & Card. de Luca in annotat. ad Conc. diſc. 14. num. 18. in ſpecie favore Prioris S. Stephani de Bosco*

Bosco de anno 1632. subsequuta confirmatione sa. me. Urbani VIII. *Sum. n. 23.* & fauore aliorū ut deduximus supra §. *Eidemq; assistūt, &c.* Itaūt in cōcursu istę resolutiones causa cognita emanatę potiūs, quàm exaduerso adductę in casibus dubiis, & a nostro diuersis veniant attendendę, iisdemque paritèr rationibus non magis vrgent resolutiones adductę per *Pignatell. conf. 59. tom. 8.* vtpote cum prædictis exaduerso relatis, & reassumptis coincidentes vel ad summum negari non potest quin articulus remaneat adhuc controuersus, & absolute indecisus hodie prout de iure à Reuerendis. PP. quorum Voto fuit remissus per Illustrissimum Auditorem Santissimi resoluendus ad fauorem ut speratur Prælatorum inferiorum habentium Territorium separatum cum omnimoda Iurisdictione, sicuti in contingentibus Casibus semper in hanc sententiam hoc Sac. Tribunal descendit, ut in decisionibus allegatis supra §. *Quam quidem sententiam &c.*

27. Respectu verò Auctoritatū in contrarium exadu. cumularum multo minùs aliquod fieri potest fundamentum siquidem *Mirand. in manual. Portell. Roderic. & Panimoll.* loquuntur in casu à nostro diuerso collationis ordinum Clericis Sæcularibus ipsis Prælatis inferioribus non subditis iuxtà terminos *decif. 985. coram Seraph.* & resolutionis in causa Catanien. de qua in folio exaduerso dato *Litt. N.*
28. *Barbos. Gratianus, & Tamburinus in locis exaduerso allegatis* loquuntur in casu Prælatorum inferiorum non habentium Territorium separatum, sed simplicem Iurisdictionem intrā fines alterius Dioecesis, & etiam quo ad Collationem Ordinum sibi non subditis, vt supra in terminis verò casus nostri Territorij separati cum omnimoda iurisdictione, & Collationis ordinum seu Dimissoriarum suis subditis etiam sæcularibus sententiam contrariam Prælatis inferioribus fauorabilem firmarunt, & amplectuntur vt supra §. *Atque ita intelligendam &c.*
29. *Cardin. de Luca* est eiusdem sententię in sensu Iuris, & dispositionis Sacri Concilij, tam in *adnotat. ad Sac. Conc. disc. 14. num. 18. quam de Iurisdic. disc. 16.* licèt in hoc vltimo referat circā illum casum particularem Sac. Congregationem tunc tēporis diuersimodè resoluisse testatur tamen in vtroque *disc. n. 18.* & respectiuè *num. 1.* articulum semper eandem Sac. Congregationem dubium, & controuersum habuisse, & pluriès fauore Abbatum inferiorum non negligentium Iura sua deducere  
 decla-

declarasse, vnde vna vel altera resolutio, quæ in contrarium possent adduci in casu particulari non meretur adduci ad resolutionem vniuersalem, & articuli in genere, quo ad omnes in quo vt supra Sac. Congregatio semper esirauit, & pluries fauore Abbatum inferiorum resoluit, itaut adhuc articulus sub Iudice remaneat, ut habetur apud eundem *Card. de Luc. vbi supra*, qui proinde in *annot. ad Sac. Conc. disc. 14. num. 18. in fine* dicit attendendam esse obseruantiam, quæ assistit Reuerendissimo Principali *Summ. num. 2. & 13. cum seqq.*

30. *Pignatellus consult. 367. tom. 1.*, loquitur pariter de collatione ordinum sibi non subditis, sed assumpta disputatione quo ad Subditos, etiam Sæculares, ac Prælatos habentes Territorium separatum cum omnimoda Iurisdictione in *Consult. 26. numer. decimoquart. ad vigesim. tom. secundo* firmat competentiam facultatis, tam circa ordines, quàm circa Dimissorias, & licet *consult. 59. to. 8.* videatur in diuersam sententiam sibi contrarius inclinare, innitur tamen relative auctoritati *Fagnan. in cap. Significasti de Offic. Archidiacon. &* nonnullis decretis Sac. Congregationis; Quibus plenè supra satisfecimus.

31. Et *Fagnan.*, qui promouere conatur sententiã contra Prælatos inferiores non satisfacit rationibus & motiuis per tot alias auctoritates, & decisiones huius Sac. Tribunalis diuersam sententiam firmantes cumulatis; neque ipse aut vnus vel aliter eidem adhærens quatenus adduceretur præualere possent tot alijs auctoritatibus non inferioris notæ & decisionibus huius Sacri Tribunalis diuersam sententiam ut supra probantibus, quæ siue numero auctoritatum, siue pondere rationum siue sensu Conciliaris dispositionis attentis videretur sine difficultate amplectenda.

32. *Quo vero ad secundam inspectionem* quod Reuerendiss. Abbas Sancti Æmiliani eiusque Monasterium non sit intra limites Diocesis Calaguritanæ, sed habeat Territorium omninò & realiter separatum, vbi plenariam Iurisdictionem Episcopalem exercet ex Iuribus nouiter compulsatis remanet plenè probatum, & profus incontrouertibile redditur.

33. Habemus siquidem depositiones 34. Test. formiter usque à principio labentis sæculi examinerum cum remissoria huius Sacri Tribunalis cor. R.P.D. Ottembergo concludentèr & uniformiter referentium Territorium satis amplum Reuerendissimi Abbatis cum Clero & Populo, pluribusque Ecclesiis, & Con-  
fra-

fraternitatibus suis certis, & distinctis limitibus separatam à quacumque alia Diœcesi, & in specie Episcopi Calaguritani, quod testantur semper fuisse habitum pro particulari & separato Territorio, ac Diœcesi Reverendiss. Abbatis, eundemque Reverendissimum Abbatem in illo uti verum ordinarium exercuisse semper & exercere omnimodam ac plenariam Iurisdictionem privativè ad quicumque Episcopum in specie Calaguritanum, & personas ac Clericos in eo commorantes Ecclesiasque, & loca pia in illo existentes semper fuisse habitas, communiterque reputatas subiectas, & propriam Iurisdictionis Reverendissimi Abbatis non autem alterius cuiusvis Episcopi in quibuscumque actibus tam privatis, quàm publicis, & quod hæc omnia ita fuisse inconcusse servatum ab immemorabili tempore cum solitis requisitis *Gloss. in cap. 1. verb. Memoria de præscriptionibus in 6. ut plenè in Summ. n. 1. & 2. & in planta que datur* justificata ex iisdem depositionibus Testium, qui reddunt optimam causam scientiæ, ac referunt etiam fuisse præsentem Visitationi eiusdem Territorii, illiusque limitum, & terminorum factæ per quadraginta annos ante eorum examen inter Ministros Episcopi Calaguritani, & Abbatis in comprobationem uniuscuiusque Territorii, & Iurisdictionis *Summ. num. 1. litt. A. ex quibus dubitari non potest satis superque probatum remanere separationem realis & particularis Territorii Abbatis illiusque situationem extrâ Diœcesim Episcopi Rota decis. 203. in principio par. 7. & decis. 12. num. 4. & seqq. cor. Peutinger.*

34. Cum huiusmodi realis Territ. separatione sub universali & privato totalis Iurisdictionis exercitio intrâ illius limites plenè etiam & specialiter individuatur ab iisdem Testibus exercitium continuatum à Reverendissimo Abbate omnium & quorumcumque actuum plenariæ ac omnimodæ iurisdictionis quasi Episcopalis tam contentiosæ, quàm voluntariæ, ac etiam legis Diœcesanæ in Clerum, & Populum pleno Iure, ac privativè ad Episcopum Calaguritanum, vel alium quemcumque, ut in *Summar. num. 2. in quo legitur.*
35. Quod Reverendissimus Abbas cognoscit omnes, & quascumque; Causas civiles, beneficiales, matrimoniales, & criminales in districtu suæ Abbatix, & inter personas sibi subditas tam sæculares quàm Ecclesiasticas atque ad huiusmodi effectum retinet Tribunal publicè erectum, habet Carceres, deputat Provisores, seu Vicarios Generales, Fiscales, aliosque Iustitiæ Ministros *Summario eodem numero secundo littera A., Visitat loca*

loca & Ecclesias suæ Abbatia publicatque in actu visitationis Constitutiones & ordines fieri solitos in Synodo Diocesana, & aliàs publicatos auget vel moderatur prout sibi videtur *d. n. 2. litt. B.*, Approbat Confraternitates illarumque regulas, & statuta illasque visitat, rationesque exigit tamquam verus Ordinarius *d. nu. 2. litt. C.*, Ordinatur Processiones generales, & præscribit obseruantiam particularium festiuitatum Sanctorum pro suo districtu, & Abbatia *d. num. 2. litt. D.*, Confert Beneficia etiam Parochialia ad eaque instituit, Concedit licentias administrandi Sacramenta in Ecclesijs sibi subiectis, nec non confitendi, & prædicandi, *d. num. 2. litt. E.*, Concedit licentias & dispensat in publicationibus matrimonialibus; Concedit Litteras, & Censuras pro rebus deperditis alijsque contingentijs; Prout etiam concedit licentias quæstuari, & laborandi in diebus festiuis *d. num. 2. litt. F.*, Exercet Pontificalia, impartitur publicè benedictionem Episcopalem, publicatque Iubilæa aliaque Indulgentias *d. num. 2. litt. G.*, Concedit Clericis quibuscumque sibi subiectis Demissorias ad Ordines suscipiendos, & licentias celebrandi Missas nouiter ordinatis *d. num. 2. litt. H.*, Et generaliter exercet omnes alios actus, qui fieri solent ab ipsis Episcopis, & Diocesanis exceptis Collatione ordinum maiorum Consecratione SS. Oleorum, & administratione S. Chrismatismatis, quæ sunt ordinis præcisè Episcopalis, & quæ pro sua Abbatia, & Ecclesijs desumit à quocumque Antistite sibi benè viso absque eo quod illa ab Episcopis fuerint administrata, & exercita in districtu Abbatia, illiusque Ecclesijs sine licentia, vel requisitione Reuerendissimi Abbatis, ipsumque Episcopum Calaguritanum licentiam huiusmodi petijisse hæc, & alia Pontificalia in eodem districtu exercendi *d. num. 2. litt. I., & L.*, Quos quidem omnes actus exercuit semper, & exercet Reuerendiss. Abbas tam ante, quam post Sac. Conc. Trid. à tempore immemorabili, de quo ijdem Testes deponunt cum suis requisitis vt plenius in *Summ. d. num. 2.*

36. His addunt ijdem Testes quod à sententijs Rm̃i Abbatis non appellatur ad Episcopum Calaguritanum, vel ad Metropolitanum, sed immediate ad Papam, eiusque Nuncium *Summ. n. 1. litt. B.*, Quod delinquentes & condemnati per Episcopum Calaguritanum, vel alios quoscumque reffugiantur in districtu Abbatia tamquam in alieno Territorio ad euitandas executiones, aliosque actus Iurisdictionis Episcopi *Summ. d. num. 1. litt. C.*, Quod executores, & Ministri Curia Episcopalis Calaguri-

guritanæ quando ingrediuntur limites Abbatia deponunt Virgam, quam intrâ Diocesim Calaguritanam in signum sui Monasterij & Iurisdictionis deferunt elatam *Summ. d. num. 1. litt. D.*, Quodque Clerus Diocesis Calaguritanæ occasione recipiendi Cadavera Incolarum districtus Abbatia, qui extrâ illum, & in eiusdem Cleri Ecclesijs eligunt sepulturâ prout in alijs similibus functionibus sistit ad limites ipsius districtus Abbatia, nec eos ingreditur sine licentia Reuerendissimi Abbatis *Summ. d. n. 1. litt. E.*, Rursus quod Clerici, & personæ Abbatia fuerunt admissi ad Collegia, & Vniuersitates tamquam de Territorio particulari Reuerendissimi Abbatis omninò separato à Diocesi Calaguritana, & prævia desuper oportuna probatione *Summar. dicta num. primo litt. F* in districtu Abbatia eiusque Ecclesijs obseruantur Constitutiones, & Ordines Reuerendissimi Abbatis non autem Episcopi Calaguritani quodque nõ leguntur seu publicantur Censuræ eiusdem Episcopi, sed Abbatis tantum, aliæque generales *Summ. num. 2. litt. M., & N.*, Quod Clerici & Vicarij Abbatis non concurrunt in repartimentis, & Contributionibus Episcopi Calaguritani, neque interueniunt in Congregationibus eiusdem Episcopatus *Summ. num. 2. litt. O.*, Et quod Reuerendissimo Abbati committitur publicatio, & executio Bullæ Cruciatæ, aliarumque Litterarum Apostolicarum in districtu suæ Abbatia prout cæteris ordinarijs & Episcopis in sua Diocesi *Summ. num. 2. litt. G., & P.*, & hæc omnia pariter ab immemorabili tempore fuisse inconcusse obseruata.

37. Et præfatorû Testiû depositiones circà actus prædictos, atque exercitium plenariæ ac omnimodæ Iurisdictionis Reuerendissimi Abbatis in suo districtu, & separato Territorio comprobata & roborata remanent ex publicis documentis eorundem actuum, & exercitij ab antiquissimo tempore & usque in præsens expletorû nouiter cõpulsatis in quibus habentur Deputationes Prouisorum pro administratione Iustitiæ *Sum. num. 6. Acta & Processus in Causis matrimonialibus & prophanis Summ. num. 7.* Litteræ requisitoria ipsius Episcopi Calaguritani & in specie Reuerendissimi Aduersarij, nec non Archiepiscopi Burgen quibus perunt & depræcantur Rm̃i Abbatem vt permittat, & faciat exequi ipsorum Citationes & mandata intrâ districtum suæ Abbatia, & contra personas sibi subiectas. Nec non similes litteræ Rm̃i Abbatis erga D. Episcopum prout dari, & praticari solent inter Diocesanos omninò separatos, & inter se independentes

cum subsequuta hinc inde effectuione & executione, quæ so-  
 læ superabundarent ad demonstrandam separationem, & omni-  
 modam independentiam unius & alterius Territorij, ac Iurisdic-  
 tionis, illiusque recognitionem, & confessionem Episcopi Ad-  
 uersarij *ut in Summ. num. 8.* Itidem collationes, & Institutiones  
 Beneficiorum etiam Parochialium factæ per eundem Reueren-  
 dissimum Abbatem *Summ. num. 9.* Concessionès licentiæ traspor-  
 tandi Cadauera extrà Territorium Abbatia, & disponendi de  
 pecunijs Ecclesiarum in illius districtu existentium *Summ. n. 10.*  
 Commissiones Nuncij Apostolici eidem Reuerendissimo Ab-  
 bati prò publicatione Indulgentiarum, aliarumque Litterarum  
 Apostolicarum. Nec non Litteræ Regiæ, & Commissarij Cru-  
 ciatæ prò publicatione, & executione illius Bullæ in districtu,  
 & Territorio proprio, & separato *Summ. n. 11.* Cõcessiones licentiæ  
 confitendi, & prædicandi in Ecclesijs eiusdem Abbatia data  
 per Reuerendissimum Abbatem *Summ. num. 12.* Concessiones  
 Dimissoriarum Clericis ordinandis sibi subiectis *Summ. num. 13.*  
 Concessiones mandati prò capienda informatione super quali-  
 tatibus ipsorum Ordinariorum *Summ. num. 15.* Et Concessio-  
 es licentiæ canendi Missas nouiter ordinatis *Summ. num. 16.* Qui-  
 bus additur mandatum Eminentiss. Marefcotti, tunc Nuncij  
 Apostolici super correctione enunciatiuæ irreptæ in litteris or-  
 dinationis Clerici subiecti Abbati, quod scilicet esset Calagurita-  
 næ Diocesis quando exprimi debebat *Nullius Summ. num. 16.*

38. Ex quibus depositionib. Testium, & actibus supra relatis con-  
 cludentibus omnimodam Iurisdictionem Ordinariam, omne-  
 que Ius Diocesanam penes Reuerendissimum Abbatem intrà  
 limites, & districtum suæ Abbatia, & annexarum Ecclesiarum  
 ab immemorabili tempore priuatiue quo ad Episcopum Cala-  
 guritanum, omnesque alios utique resultat superlatiua probatio  
 proprij Territorij Reuerendissimi Abbatis separati & dissoluti  
 à quacumque lege Iurisdictionis, & Diocesis Episcopi, quod  
 per immemorabilem possessionem & exercitium actuum tan-  
 gentium ne dùm legem Iurisdictionis, sed etiam Diocesanam,  
 quales incontrouertibiliter sunt superius recensiti & plenè pro-  
 bati acquiritur & demonstratur etiam si locus, & districtus ubi  
 tale exercitium & possessio immemorabilis concurrat esset vn-  
 dique circumdatus limitibus alicuius Episcopatus, & uideretur  
 materialiter in esse intrà illius Diocesim, multoque magis pro-  
 inde concurrente etiam reali separatione per certos & distinctos  
 limites, ac effectiua situatione extra Diocesim ut in *Summ. num.*

1. & in *Planta* iuxta notata in *Clement. Prima* §. volumus verb. *Dioecetani de For. competen.* & in *cap. conquerente de off. ordinar.* Theoricam *Abb. in cap. Auditis num. 7. de prescript.* & plene firmata per *Rot. decis. 54. cor. Mart. Andr. decis. 203. par. 7. decis. 12. cor. Peutinger.* } *decis. 264. coram Merlin. decis. 459. cor. Bich. decis. 82. cor. Otthob. decis. 31. post. Tondut. de Pension. & decis. 40. post Tambur. de Iur. Abbat.*
39. Ex qua quidē immemorabili possessione competit alleg. quemcumque meliorem titulum, qui prò eodem Territorio se parato suffragaretur *ex proximè allegatis, & vulgatis* prout etiam de eadem plenaria, & omnimoda Iurisdictione, ac Territorio separato Reuerendissimi Abbatis testantur *Tepes in Cronic. gener. S. Benedicti Centur. prima ad annum 574. fol. mihi 278. col. 1. Murg. ad Constit. Apost. constit. 4. num. 50. in fine.*
40. Omnisq; tollitur difficultas ex antiquissima sententia arbitramentali Archidiaconi Barbariensis, & duorum Canonicorum Calaguritan. de anno 1228., in qua respectu plurium Ecclesiarum existentium intrà fines ipsius Dioecesis Calaguritanæ, sed annexarum Monasterio, & de Iurisdictione Reuerendissimi Abbatis declaratur eundem Reuerendissimum Abbatem Lege Dioecetana in aliquo non teneri erga Episcopum Calaguritanum, nec posse ab illo quoquo modo molestari *Summ. num. 4.*
41. Ex altera sententia pariter antiquissima nūcupata undecim sigillorum solemniter emanata de anno 1246. ab Abbatibus de Silos & Bugeto atque Archidiacono Tirafonen. delegatis Iudicibus Apostolicis per s. m. Innocentium Quartum per quam cū Episcopus Calaguritanus litem contra Abbatem S. Æmiliani suscitasset petendo super Ecclesijs prædictis sitis intra fines Dioecesis Calaguritanæ *sibi adiudicari Iura Episcopalia Institutionem videlicet, destitutionem, subiectionem, correctionem, & Censuram Ecclesiasticam, vocationem ad Synodum, cognitionem causarum matrimonialium, & Ecclesiasticarum, Visitationem, Procuracionem, Cathedraticum, Tertias Pontificales, & Decimarum, atque obedientiam, & reuerentiam* re mature discussa declaratum fuit absolendum esse Reuerendissimum Abbatem ab impetitis per Episcopum, omniaque Iura prædicta adiudicanda Abbati, quæ sententia fuit acceptata ab Episcopo, & Capitulo Calaguritano & confirmata in forma specifica per summum Pontificem Innocentium Quartum ut in *Summ. num. 5.* quas similes antiquas sententias ad oculum demonstrare liberam Iurisdictionem Rñi Abbatis in suo seperato Territorio omninò dissolutam à Lege  
Dioec-

Dioecesana Episcopi Calaguritani, & illius Iure obedientiali, ac etiam reuerentiali firmat *d. deo. 54. cor. Mart. Andr. cum alijs supra allegatis.*

42. Quibus accedit quod cum pridē de anno 1164. Episcopus Calaguritanus litem pariter mouisset Abbati super certis præstationibus, & recognitionibus prò dd. Ecclesijs agnita veritate quod sibi in aliquo non essent subiectæ, recessit à suscitata præensione omniaque Iura Abbati pro se, suisque successoribus liberè dimisit, subsequuta pariter confirmatione apostolica san. mem. Innocentij III. *Summ. num. 3.*
43. Accedit etiam Priuilegium Imperatoris Idelphonsi super donatione Monasterio Villæ Matriz in qua Episcopus Calaguritanus cessit Abbati omnia Iura Episcopalia *Summ. n. 17.* Prout etiam quod Abbas habebat Iurisdictionem temporalem, & Vassallagium in Valle S. Æmiliani, & districtu Abbatix, quod vigore Apostolici Priuilegij Iulij III. Carolus V. Rex Hispaniarum à Monasterio auocauit assignato in recompensationem annuo redditu pecuniarum *Summ. num. 18.* prout de simili Vassallaggio *Rot. decis. 12. num. 27. coram Peuting.*
44. Et denique accedit quod usque de anno 1572. decisum fuit per hoc Sac. Tribunal coram Oradino in Causa Calaguritana de Baradan Clericos Abbatix nihil habere agere cum Episcopo Calaguritano, neque illos, nec Reuerendissimum Abbatem teneri accedere ad Synodum Episcopi, aut illius constitutionibus Synodalibus ligari, *ut in Summ. num. 24.*
45. Ex quibus omnibus adeo clarè firmata remanet omnimoda Iurisdictione, & Territorium separatum Reuerendis. Abbatis, ut omnem prorsus controuersiam reiciat, dictæque sententiæ, & Confirmationes Apostolicæ desuper quatenus opus esset titulum validissimum demonstrant, & præbent.
46. Unde Sacra Congregatio Concilij die 15. Septēbris 1605. occasione controuersix tunc vertentis super approbatione Confessariorum, & Prædicatorum respondit, quod si in sententia lata pro Abbate aduersus Episcopum Calaguritanum (illa scilicet de anno 1246. undecim sigillorum) declaratur nedum cætera Iura Episcopalia, sed etiam Ius reuerentiale Episcopo Calaguritano in Ecclesijs Abbatis non competere, idque una cum alijs Iuribus Abbati adiudicatur, & huiusmodi sententia à Sede Apostolica sit confirmata Ius approbandi Confessarios, & licentiam concedendi, quibuscumque Prædicatoribus in dd. Ecclesijs urpote nullius Dioecesis ad Abbatem non autem ad Episcopum

copum pertinere *Summ. num. 22.* Qua propter habemus resolutam controversiã ab ipsa Sacra Congregatione super statu Nullius, & Territorii separati Reverendis. Abbatis quatenus Iura episcopalia, & Ius reverentiale Reverendis. Abbati remaneant adjudicata prout expressè adjudicata remanere in prædicta antiquissima sententia undecim sigillorũ apparet ex lectura dum Episcopus in suo libello petiit omnia Iura Episcopalia, & cum illis obedientiam, & reverentiam *Summ. num. 5. litt. B.* eaque omnia fuerunt denegata Episcopo, & adjudicata Abbati eundem absoluendo ab impetitis per Episcopum *Summ. n. 5. litt. F.* prout etiam apparet de subsequuta confirmatione Apostolica, & partium acceptatione eiusdem sententiæ *Summ. d. num. 5. litt. G. & H.*, multoque magis redditur manifestum ex tot aliis Iuribus, actibus, & probationibus cõcurrentibus pro omnimoda Iurisdictione, & Territorio Reverendis. Abbatis, ut supra.

47. Nec obstat, quod resolutio Sac. Congregat. fundetur in falsis præsuppositis quasi Episcopo Calaguritano Ius reuerentiale in totum esset ablatum, de quo neque in d. sententia undecim sigillorum de an. 1246., neque in illius Cõfirmatione Apost. fiat mētio, ut respondet Decisio in altera Controuersia super approbatione Confessariorum coram Ottembergo emanata de an. 1606. *post Tambur. de Iur. Abbat. decis. 47. post num. 14. cum seqq.* Quoniam potius apparet ipsam Decisionem inniti falsis præsuppositis insinuatibus pro parte Episcopi, nam quod per dictam sententiam fuerit ablatum, seu potius declaratum non competere Ius reuerentiale Episcopo satis superque patet, dum ab eodem una cum Iuribus Episcopalibus fuit expressè petita obedientia & reverentia *Summ. nu. 5. litt. B.* & sententia subsequuta omnia denegat, omniaque petita per ipsum Episcopum adjudicat Abbati *Summ. nu. 5. litt. F.* & proinde etiam petitam obedientiam & reuerentiam quatenus etiam non ita apertè loqueretur cum Sententia declaretur à libello, & Actis & dum totum dicit, omniaque petita per Episc. adjudicat Abbati, & denegat Episcopo nihil excludit; Confirmatio autem Apostolica tamquam in forma specifica extenditur ad omnia, ad quæ extenditur ipsa sententia, quæ multò magis urget, dum fuit ab ipso Episcopo, & Capitulo Calaguritano expressè acceptata *Summ. d. numer. 5. litt. G. & H.*

48. Minus releuat, quod eadem sententia undecim sigillorũ de anno 1246. prout etiam altera de anno 1228., & recessus à lite de anno 1164. *Summ. nu. 3. 4. & 5.* non loquantur de districtu Mo-

nafterii & Abbat. & Ville S. Æmiliani, sed de nonnullis Ecclesiis  
fitis intra ipsam Dioecesim Calaguritanam, ut pariter respon-  
det dict. *decisio coram Ottembergo 47. post Tambur.*

49. Duplici enim valida responsione obiectum eliditur, prima  
quia si Episcopus toties tunc temporis controuersias suscitauit  
quoad Ecclesias annexas Monasterio fitas intra fines suæ Dioe-  
cesis, & nihil obtinere potuit, numquam vero circà Monaste-  
rium & Ecclesias districtus Abbatiaè apertè datur intelligi, quod  
circa istas bene agnoscebat tamquam extrà sua Dioecesim, & in  
separato Territorio nihil prætere posse, aliàs si fuissent in-  
tra Dioecesim, eandem controuersia super præteritis Iuribus circa  
illas etiam promouisset, cum par fuisset ratio quo ad omnes, Al-  
tera quod dùm in sententijs prædictis declaratur Abbatem Iure  
Dioecesano in aliquo non teneri erga Episcopum, omniaque Iu-  
ra, ac etiam obedientia, & reuerentia præterita per Episcopum  
adiudicantur Abbati quo ad DD. Ecclesias fitas intrà Dioe-  
cesim Calaguritanam annexas, & membra Monasterij, ac Abba-  
tiaè, multò magis id ipsum ad mitti debet circà ipsam Abbatiam,  
& Ecclesias illius districtus extrà Dioecesim Calaguritanam si-  
tuatam tamquam illarum Caput, & Matricem ex maiori-  
tate rationis, & quia Caput considerari non potest tamquam res di-  
uersa à membris, nec diuerso Iure censerì, cum unum & idem  
Corpus constituent, in quo nulla adesse debet differentia, ut  
optimè firmatur in *decis. 686. par. 4. tom. 3. recen. decis. 744. in  
principio cor. Cerro, & in Lucen. Iurisdictionis 22. Martij 1694.  
coram R. P. D. meo Caprara*, ut in particula *quæ datur Summ. n.  
25.* Et citrà difficultatem dum exprobatibus nouiter hodie  
deductis & supra expensis plene constat, quod Reuerendissimus  
Abbas eadem omnia Iura Episcopalia, & omnimodam Iurisdic-  
tionem etiam Dioecesanam exercet in districtu suæ Abbatiaè  
totaliter separato, & realiter existente extrà Dioecesim Cala-  
guritanam, quæ non fuerunt deducta in d. antiqua disputatio-  
ne coram R. P. D. Ottembergo, ut firmat eadem *decisio Lucen.  
Iurisdictionis coram R. P. D. meo Caprara §. cui intellectui Summ.  
num. 25.*
50. Nec magis in reliquis urgent dd. antiquæ decisiones *cor. Pania  
1052. & 1072. inter illius impressas, ac coram Ottembergo 46. &  
47. post Tamburin. de Iure Abbat.* quatenus firmant Reverendis.  
Abbatem non habere Territorium separatum, & statum Nul-  
lius, sed illius Abbatiam, & Ecclesias esse intra limites Dioe-  
cesis Calaguritanæ; Siquidem fuit sub die 17. Februarii proximè

præteriti benignè per RR. PP. concessa facultas illas revidendi, & impugnandi, ideoque desuper hodie insisti non valet, vt dictū fuit in *Romana Clericatus Beneficiati S. Petri cor. R. P. D. Priolo*, & in *Colonien. Canonicatus Primæ Gratiæ cor. R. P. D. Scotti*, sed illarum fundamenta veniunt recognoscenda, quæ ex novis probationibus adductis nullatenus subsistere dignoscuntur, prout minus tuta etiam tunc temporis fuerunt agnita, dùm post ipsas quatuor decisiones, & sententiam à R. P. D. Pænia prolatam fuit Reverendissimi Abbati concessa remissoria, cuius vigore fuerunt examinati Testes super illius Territorio separato, & omnimoda Iurisdictione *Summ. num. 1. & 2. & num. 20.* atque Causa ulteriorem progressum non habuit, sed Reverendissimus Abbas continuavit in pacifica possessione suæ Plenariæ Iurisdictionis.

51. Fundantur enim decisiones prædictæ 1. in generali Iuris assistentia favore Episcopi, & præsumptione, quod omnia Monasteria sint in aliqua Diœcesi *ad Tex. in cap. omnes Basilica 16. quest. 7.* Verum cum iam sit probatum, quod Reverendiss. Abbas exerceat omnimodam iurisdictionem in districtu suæ Abbatia, & quod iste sit separatus, & extrà Diœcesim Calaguritanam *Summar. num. 1. 2. & 6. cum seqq.* Nullum fieri potest fundamentum in dicta Iuris assistentia, & præsumptione, quæ non suffragatur ubi alius reperitur in possessione Iurisdictionis privatiuè ad Episcopum, in his enim terminis Ius potius assistit Abbati possessori, & incumbit Episcopo plenè, & concludenter probare locum controuersum intra fines suæ Diœcesis esse constitutum, fortiùs quandout in præsentia etiam concurrunt probationes pro exclusione situationis in Diœcesi *Posth. de manu. obseru. 34. nu. 3. & seqq. Rota decis. 40. & decis. 65. num. 8. apud Tambur. de Iur. Abbat. decis. 723. num. 8. coram Cerro, decis. 1278 coram Seraph. & decis. 23. num. 1. coram Peutingen.*

52. Secundo fundantur dictæ decisiones in nonnullis enunciatiuis quorundam Instrumentorum, litterarum apostolicarum, ac etiam ut dicitur actuum emanatorum ab ipsis Abbatibus, & Monacis, quæ recensentur in exadverso *Summ. 22. Inij proxime præteriti num. 8. cum seqq.* sed non minus debile fundamentum huiusmodi dignoscitur, quoniam enunciatiuæ huiusmodi propter aliud, & incidenter emissæ, nullius sunt momenti, quando principaliter dubitatur de enunciato, etiam si sint Papæ, Instrumentorum etiam ipsius partis, præsertim quando in contrarium concurrat exercitium Iurisdictionis, quod denotat sepa-

rationem Territorii , ut in casu nostro *Summ. num. 1. 2. & 6. cum seqq.* ut in præcis terminis plenè firmatur *decif. 66. post Tambur. de Iur. Abbat. decif. 54. n. 7. & 8. cor. Mart. Andr. decif. 12. num. 14. & seqq. & decif. 23. uum. 2. cum seqq. coram Peutingger. decif. 744. num. 9. & 10. coram Cerro, & decif. 1278. numer. 2. & 3. coram Seraphin.*, in quibus magis urgentes enunciatiuæ concurrebant. Nil magis stringente, quod in materia confinium leuiores probationes sufficiant, quia quidquid sit ad alios effectus, ad effectum, de quo agitur situationis intra fines Diœcesis, quando alius reperitur in possessione, Episcopo incumbit onus plenæ, & concludentis probationis *ex supra allegatis*, quam utique non constituunt enunciatiuæ ad summum solum habentes vim famæ, quæ sine adminiculis, & possessione non releuat, ut præcisè respondet, *Rota dicta decif. 66. n. 6. post Tambur. de Iur. Abbat. decif. 54. sub. n. 8. cor. Mart. Andr. & in alijs proxime citatis decisionibus*; Præterquam quod enunciatiuæ huiusmodi remanent æquivocæ, cum possint intelligi demonstratiuè ratione Vicinitatis, non dispositiuè ad effectum inclusionis, prout potiùs veniunt intelligendæ quando de ficit possessio Episcopi, & aliundè constat de separatione Territorij *Rot. dec. 54. n. 7. & 8. cor. Mart. Andr.* & de alijs Abbatij habentibus separatim Territorium deponunt *Testes Summ. num. 19.*

53. Quibus stantibus opus non est singulas enunciatiuas exaduerso adductas discutere, adhuc tamen ut clarius appareat quam minimi sint momenti supplicamus animaduerti, quod contentæ in exaduerso *Summar. numer. 8. & 10.* sunt in Litteris Apostolicis Innocentii IV. non solum ad instantiam Episcopi emanatis, sed etiam quo ad Ecclesias annexas Monasterio sitas in ipsa Diœcesi Calaguritana, super quibus emanavit anno 1246. sententia vndecim sigillorû denegans omnia Iura super iisdem Episcopo ut supra, & *Summ. n. 5.* ideoque tam atenta eadem sententia, quam diuersa situatione Monasterij eiusque districtus nullatenus attendi merentur; Altera in dicto *Summ. exaduerso num. 9.* videtur respicere easdem Ecclesias, & vteriuè præfert informe instrumentum sine opportunis nominibus, & Data, ac sine dispositiua, in qua potest contrarium contineri; Aliæ in dicto *Summ. num. 11. 12. & 14.* sunt incidenter, & ad alium effectum, vel ad instantiam aliarum personarum prolatae; Illa denique *n. 13. d. exaduerso Summ.* præferens Mandatum procuræ Monasterij tribui potiùs debet incuriæ Notarij rogati, et etiam si esset Abbatis & Monacorû vel accipi

deberet demonstratiue vt supra, vel Monasterio, & successoribus nullum præiudiciū valeret inferre, ut respondit *Rot. decis. 23. coram Peutinger. & decis. 1278. cor. Seraph. utrobique num. 3.*

54. Tertio fundatur dd. antiquæ Decisiones in depositionibus nonnullorum Testium adductorum pro parte Episcopi datorum in dicto *ex aduerso Summ. 22. Iunij proximè præteriti n. 2. ad 7.* vt prætenditur deponentium 1. districtum Abbatia esse inclusum intra limites Dioc. Calaguritanæ. 2. quod Abbates Monasterii vocati ab Episcopo intervenerunt in Congregationibus Sinodalibus, & contri buerunt in subsidio imposito in Diocesi, & 3. quod Clerici Abbatia ordinati fuerunt ab Episc. Calaguritano tanquam à proprio Episcopo; Huiusmodi tamen Testium depositiones nullius etiam momenti hodie dignoscuntur, vltra enim quod non docetur fuisse ser. ser. examinatos, & nullam pati exceptionem tam in dicto, quam in personis, quod recognosci non potuit, cum antiquus processus non fuerit ex aduerso repertus, & repetitus, sed particulæ eorum depositionum datæ in dicto *ex aduerso Summ.* dicuntur transcriptæ Nobis non citatis ex positionibus bo. mem. Coccini, & Summarijs tunc pro libito ex parte Episcopi compositis; Illas tamē prout iacent discutiendo nullius dignoscuntur releuantia.
55. Nam in ea parte, qua dicitur deponere districtum Abbatia esse inclusum intra limites Diocesis Calaguritanæ Testes relati in dicto *ex aduerso Summ. num. 2.* deponunt de propria opinione *ibi - Io tengo per me. Io hò tenuto sempre, e tengo -* Nec reddunt congruam causam scientiæ, sed deponunt de auditu vago, & incerto, quapropter nullum probationis gradum constituunt ex vulgatis; Testes relati in dicto *ex aduerso Sum. n. 3.* nihil dicunt de inclusione in Dioc. & sunt examinati ad alium effectū super absentia Episc. & non facta à longo tēpore cōfirmatione ideoq; per extraneam deductionem trahi non possunt ad fundandam Episcopi intentionem, quod Abbatia sit intra fines eius Diocesis plene vt supra probandam; Et Testes dati in dicto *ex aduerso Summ. num. 4.* præferunt examen ad perpetuam rei memoriam, sunt subditi Episcopi, & nil aliud concludunt quàm quod Abbatia ex pluribus partibus confinet, & sit circumdata limitibus Diocesis Calaguritanæ nulla alia reddita causa scientiæ super inclusione intra illius limites, quod demonstrat manifestum æquiuocum supponendi inclusum intra limites, seu fines, quod est in finibus, seu limitibus, & confinare, non autem includi dicitur, ideoque tamquam nihil concludentes attendi non me-

reitur iuxtà optime ad propositū firmata per *Lotther de re benef.*  
*l. 1. quest. 24. num. 144. ad 155.*

56. Et hodiè apertè conuincuntur ex nostris Testibus post dictas decisiones seruatis seruandis examinatis apertè deponentibus de situatione Abbatix extrà Diocesim Calaguritanam reddentibus optimam causam scientiæ in numero longè pluribus, optime informatis, ac convalidatis, & comprobatis ex publicis documentis etiam nouitè compulsatis, ut in *Summ. num. 1. 2. & 6. cum seqq.* itaùt in concursu veniant præferendi, & destruant Testes in contrarium adductos, quando etiam magis præcisè deponerent *Rot. decis. 12. num. 13. & decis. 23. num. 5. cor. Peutinger.* Neque contra hodiernos nostros Testes applicatur exceptio de qua in *dec. 1072. n. 9. cor. Pania* circa alios Testes, tunc datos quod scilicet referat limites Pascuorū nō Territorij quoniam contrarium patet ex lectura cum præcisa causa scientiæ cadēte super Territorio retento per Reuerendiss. Abbatem tamquam proprio, & cum omnimoda Iurisdictione Episcopali *Summ. num. 1. & 2.* Cumque fuerint examinati post eandem & aliàs *Decisiones coram Ottembergo* eorum dicta in illis discussa dici nō possunt & sunt cōciliabiles cū antiquis testibus.
57. In ea vero parte, qua Testes ex aduerso adducti asserunt, quod Abbates Monasterii uocati ab Episcopo intervenerunt in Congregationibus Synodalibus, & contribuerunt in subsidio imposito in Diocesi, ut in dicto ex aduerso *Summ. num. 5.* dignoscuntur non minùs insubsistentes; Nàm respectu interuentionis Abbatis in Synodo nihil inferri potest ad subiectionem, & situationem in Diocesi, quia intervenit pro libitu, & non ex obligatione, sed rogatus, & tamquam Consultor, ut firmatum fuit in *d. decis. Calaguritana de Baradan. 4. Iulij. 1572. §. Et similiter cum seqq.* data in *Summar. num. 24.* vbi etiam quod nec Ecclesiastici, & Clerici Abbatis vadunt ad Synodum prout data situatione accedere deberent, & quod illi nihil habent agere cum Episcopo, neq; constitutiones Synodales illos afficiunt, vt deponunt etiã nostri Testes *Summ. num. 2. litt. O.* vndè d. Interuētio in Synodo ut supra qualificata potiùs retorquetur, & & clarius demonstrat exclusionem situationis in Diocesi Episcopi; Absque eo quod urgeat prædictam decisionem coram Oradino fundari in exemptione, per quam videtur excludi Territoriū separatum uti præ suppositiuam subiectionis, vt deducitur in *decis. 47. post. Tambur. de Iur. Abbat. num. 5. & 6.* quia exemptio relata in dict. decis. Oradini respicit notorias Bullas

Eugenii IV. pro tota Relig. Benedictina, & Iulij III. pro tota Cōgregatione Hispan. non autē fuisse directē, & specialitēr concessas Rmo. Abbati eiusq; Monasterio *Sum. d. n. 24. §. Nec obstat &c.* & idē nihil inferri potest ad præsuppositiuam subiectionem, & situationem Monasterij in Diocesi Calaguritana ex aduerso præensam, licet enim Monasterium, participet, & gaudeat de exemptione concessa toti Corpori Religionis, & Congregationis, exinde tamen non minuuntur alia Iura sibi specialitēr, & iure proprio competentia.

58. Respectu vero contributionis subsidij impositi in Diocesi Calaguritana contrarium probatur ex nostris Testibus *Summ. num. 2. litt. O.* Magis attendendis ut suprā; Et vlteriūs Testes ex aduerso adducti in dicto *præterito Summ. num. 5.* videntur examinati ad perpetuam rei memoriam, & dicunt aff. solutionem subsidij fieri probonis, & redditibus, quos Abbas habet in Diocesi Calaguritana, quod non tangit Monasterium, & Abbatiam, sed bona particularia, quæ potuit acquirere in Dioc. & satis demōstrat diuersam qualitātē, & naturam vnus ab alio multoque minūs huiusmodi æquiuoca depositio meretur attendi, dūm non afferuntur repartimenta, & solutionum documenta, ex quibus dignoscj possit quomodō cantent.

59. In ea demū parte, qua iidem contrarij Testes referunt Clericos Abbatix ordinatos fuisse ab Episcopo Calaguritano, & non nisi cum illius dimissorijs, & licentia ut in dicto ex aduerso *Summar. num. 6.* minūs attendi merentur si enim velint intelligi de necessaria ordinatione ab Episcopo Calaguritano tamquam Diocesano, & necessaria ab illo impetratione licentiæ, & dimissoriarum apertē conuincuntur de mendacio non solum ex nostris Testibus numero plurib., & melius informatis deponentibus Reverendissimum Abbatem conferre ordines minores, & concedere dimissorias pro illis, & ad maiores Clericis suæ Abbatix, atq; pro his, alijsq; Ordinis Episc. recurrere ad Episc. sibi benè visos, sæpiūs verò ad Episc. Calaguritanū ratione Vicinitatis, & cōmoditatis *Sum. n. 2. litt. I & L* sed etiam ex ipsis litteris dimissorialibus concessis à Reverendissimo Abbate, & titulis Ordinationum factis à diuersis Episcopis *Summ. num. 13. & sequen.* Testibus autem de mendacio conuictis in nulla parte depositionis deferri potest ex regula quod mendax in vno, &c. Si vero velint intelligi de simplici ordinatione Clericorum Abbatix facta per Episcopum Calaguritanum, vel debet admitti, quod euenerit cū dimissorijs Abbatis, ut supra, vel quatenūs sine illis successerit, & quatenus indebite Episcopus tradiderit

rit dimissorias, (quod expresse impugnamus, nec ex aduerso aliqua ex illis exhibetur, prout facile foret si adessent) vel potuit euenire, quia taliter ordinati haberent Beneficium, aut Domicilium in Diocesi Calaguritana, vel non docto de scientia, & patientia Abbatis, nihil inferri potest in illius præiudicium ex notatis in *Cap. Cum Ecclesia de caus. possess. & propriet. Abb. in capit. cum contingat num. 11. de foro compet. Rot. coram. Cesar. de Grass. decis. 7. num. 9. de Test. & apud Posth. de manut. decis. 598. num. 1.*

60. Quarto adducit *ultima ex contrarijs decisionibus cor. Ottemberg. 47. post Tamburr. de Iur. Abbat. Bullam Alexandri IV. de anno 1256. ex aduerso datam in dicto præterito Summ. num. 7.*, quæ nec etiam officit, cum neque illam produxerit, neque unquam usus fuerit Abbas nostri monasterij, nec sciatur an ab ipso, vel ab alio fuerit procurata, vel si aliquis Abbas procurauit Monasterij Iuribus aliàs competentibus præiudicare non potuit, & enunciatiua *Calaguritana Diocesis*, intelligi potius debet demonstratiue ratione vicinitatis, quàm dispositiue ratione situationis, dum ex tot alijs probationibus plenè constat de omnimoda Iurisdictione quasi Episcopali, & Diocesana Reverendissimi Abbatis, eiusque separato Territorio *Rot. dec. 54. num. 7. & 8. coram Mart. Andr. cum alijs supra allegatis.*

61. Vnde de primo ad vltimū patet antiquas decisiones vti fundatas in præsuppositis, & probationibus insubsistentibus non esse habendas in consideratione, illisque non attentis in hodierna disputatione resoluendum pro separato Territorio Reuerendissimi Abbatis nouis perspicuis probationibus demonstrato ex deductis in *Romana Clericatus Beneficiati S. Petri coram R. P. D. Priolo, & in Colonien. Canonicatus prima Gratiæ coram R. P. D. scotto satis notis.*

62. Multoq; minùs attendi meretur sententia Nuncij de anno 1684. data in ex aduerso præterito *Summ. num. 1. cum sit sine actis, nec appareat fuisse citatum, & defensum Abbatem, & nostrum Monasterium loquatur præsuppositiue, dederit causam liti, ea que non atenta fuerit ex integro assumpta disputatio in Sacra Congregatione Concilij, & in hoc Sacro Tribunali super Territorio separato, & statu nullius Abbatia, cuius fauore Sacra Congregatio rescripsit de anno 1605. Summ. n. 22. atque hodie ex supra deductis probationibus undique iniusta dignoscatur Rot. dec. 712. n. 4. cor. Seraph.*

63. Eoque magis confirmatū remanet Territorium separatum no-

nostræ Abbatiaë dùm vna cum positiva illius probatione ut supra concurrat etiam probatio negativa, cum nullus in tot sæculorũ decursu detur exadverso actus Iurisdictionis, vel legis Diocesanaë intra illius limites expletus per Episcopum Calaguritanum, prout facile esset si res aliter se haberet, sed econtra concurrunt eorundem Episcoporum actus, & confessiones comprobantes idem separatam Territorium, qualis est actus recessus à Lite de anno 1164. *Summ. num. 3. responsio ad positiones Abbatis, & acceptatio sententiæ undecim Sigillorũ de anno 1246. Summ. num. 5. litt. D., & G.,* petita licentia exercendi Pontificalia intra limites Abbatiaë *Summ. num. 2. lit. L.,* & continuatæ requisitoriaë prò executione suorũ mandatorũ intra eiusdẽ Abbatiaë limites directi Abbati *Sum. n. 8.,* ex quibus sicuti cessat Iuris assistentia, & supposita situatio Abbatiaë intra fines Diocesis Calaguritanæ, ita in sua possessione, & libertate separati Territorij conferuari debet Reuerendissimus Abbas *Post. de manut. obser. 34. Rot. decis. 1278. coram Seraph. & decis. 12. cor. Peutinger.*

64. Non credimus autem opponendã exceptionem mendicari solitam a malum Ius fouentibus circa legalitatem Iurium ut supra nouiter Compulsatorum, & Archiuij Monasterij Principalis, nam unius, & aliorum legalitas fuit recognita, & declarata per Iudicem Compulsorialem, & Testium depositiones in actu processus compulsorialem ser. ser. compilati *Summ. n. 21. cumque Archiuum sit accurate custoditum, & habeat requisita necessaria prò publico, & legali haberi debet prout semper fuisse habitum in Iudicio, & extra deponunt Testes Sum. d. n. 21. & de simili Archiuo dixit Rot. dec. 744. n. 7. & 8. cor. Cerro, & dec. 264. cor. Merlin, dec. 267. n. 10. cor. Bich. & dec. 245. n. 13. & seqq. cor. Orthob.*
65. Firmatis itaque Separatione Territorij Reuerendiss. Abbatis, & intelligentia dispositionis Sac. Concilij *d. cap. 10. sess. 23. de reformat.* quod non afficiat Abbates, & Prælatos vere in supremo statu Nullius; & extra Diocesim Cuiuscumque Episcopi existentes descendendo iam ad resolutionem præpositorum Dubiorum.
66. *Quoad primum, & secundum dubium* resoluendum videtur Episcopum Calaguritanum non posse minores Ordines conferre, & litteras dimissorias concedere subditis sæcularibus Reuerendissimi Abbatis, nec cumulatiuè sine illius consensu, sed utrumque spectare Reuerendiss. Abbati, priuatiuè, stante enim separatione Territorij eiusdẽ à Diocesi Episcopi, iste nullũ Ius habet super illius Clericis etiam Sæcularibus, sed in præmissis Ius affi-

fuit Reuerendissimo Abbati non solum ex dispositione *tex. in*  
*cap. Abbates de priuil. in 6. ubi Gloss. verbo quasi Episcopalem cum*  
*alijs ibidem relatis per Barbof. Siluest. verb. Ordo il 3. num. 2. vers.*  
*Et idera possunt, Tambur. de Iur. Abbat. tom. 2. disp. 2. quest. 1. num.*  
*8. sed etiam Iure proprio, & ratione propriae dignitatis Dioece-*  
*sanę Gratian. discept. cap. 212. num. 23. Sanchez. conf. mor. lib. 7.*  
*cap. 1. dubitat. 21. Ac etiam ex continuata, & immemorabili*  
*possessione vsque in praesens plene probata per Testes Summ. n.*  
*2<sup>a</sup> litt. H., & per titulos ordinationum, & dimissoriarum vsque*  
*ab anno 1536. ad 1496. Summ. num. 13. 14. & 15. non attento,*  
*quod non habeantur per singulos annos continuatos, dum ex*  
*antecedentibus, & ultimis multiplicatis praesumuntur, etiam pro*  
*annis intermedijs contrario ex aduerso non iustificato, qua pos-*  
*fessio adeo continuata, & immemorabilis etiam ius tribuit in*  
*subiecta materia Post. de manut. obseru. 45. num. 34. in fine, Ciar-*  
*lin. controu. tom. 2. cap. 220. num. 66. & 75. Gratian. cap. 871. n.*  
*1. cum duobus sequentibus, Rot. decis. 31. post. Tondutum de pens.*  
*Non resistente conciliari dispositione dicta sess. 23. cap. 10. qua*  
*non comprahendit Abbates habentes Territorium separatum,*  
*& extra Dioecesim Episcopi existentes, vt late probauimus su-*  
*pra, §. quo ad primam Inspectionem &c. cum seqq. multoq; minus sub eo*  
*comprahendi potest Reuerendissimus Abbas, cuius Iura Episco-*  
*palia confirmata remanent ad Exclusionem Episcopi Calaguri-*  
*tani per sententias praedictas antiquissimas de anno 1228. &*  
*1246. auctoritate Apostolica in forma specifica confirmata Sum.*  
*n. 4. & 5. quibus per Sacrum Concilium derogatum non cen-*  
*fetur sine expressa mentione iuxta notata in Clem. dudum verbo Pa-*  
*cta de Sepult. Rota decisione 82. n. 18. & seqq. cor. Otthob. vt etiam*  
*expresse declarauit Sacra Congregatio Concilij circa approba-*  
*tionem Confessariorum, & Praedicatorum Summ. num. 22.*

67. Quo ad Tertium dubium respiciens concessionem litterarum Te-  
 stimonialium Clericis ordinandis priuatiue, etiam pertinere Re-  
 uerendissimo Abbati, & non Episcopo Calaguritano, resoluend-  
 dum multo facilius speratur, cum circa illas respicientes actum  
 merae Iurisdictionis clarius Reuerendissimus Abbas habeat vt  
 supra Iuris assistentiam, & continuatam possessionem Summ.  
 num. 15. & 16. neque in aliquo resistat dicta Sacri Concilij di-  
 spositio sess. 23. cap. 10. qua de huiusmodi Testimonialibus non  
 loquitur; Minusque applicatur eiusdem Sacri Concilij dispositio  
 cap. 7. sess. 23. iniungens Episcopis, vt ordinandorum genus, per-  
 sonam, mores &c. inuestigent, quia cum non loquatur de Praelatis,  
 infer.

inferioribus nec formā præscripserit intelligi debet prout de Iure, vel de proprijs subditis, vel quo ad alienos requisitis testimonialibus ab illorū Prælatiſ, & Superioribus, cum enim testimoniales, eorumque processus respiciat exercitium Iurisdictionis, admitti non potest, quod illud tollere voluerit proprijs Prælatiſ, & concedere Episcopis in aliena Iurisdictione; Certoque certius dum de moribus, & qualitatibus ordinandorum magis informatus adesse potest proprius Prælatiſ, quam alienus Episcopus, vt. in terminis firmat, & obseruat *Nouar in sum. Bullar. p. 1. comm. 98. n. 6. Card. de Luca de Iurisdic. disc. 16. in fine vers. Et etiam adiecto &c. & in annot. ad Sac. Conc. disc. 31. n. 31.* vbi de Capitulo Sede vacante, quod licet in primo anno non possit concedere dimissorias, concedit tamen litteras testimoniales *Panimoll. decis. 30. annot. 2. num. 19. & admittunt Fagnan. in cap. significasti de offic. Archidiaconi n. 2. & 26. Pignatell. in exa- duerso alleg. consult. 59. n. 26. tom. 8.* Prout neque resistunt ad- ductæ resolutiones Sac. Congregationis, quia nil aliud fir- mant quam quod si Episcopus sit informatus de qualitatibus Ordinandi possit absque Testimonio Prælati inferioris illū pro- mouere, non autem, quod quatenus indigeat informatione, & testimonialibus possit ipse illas conficere, & non debeat ab inferioribus Prælatiſ, & Superioribus Ordinandi requirere, sed imò apertè oppositum decernunt.

68. *Quo ad quartum dubium* sequitur resolutio fauore reverendis. Abbatis priuatiuè ad Episcopum ex firmatis in præcedenti cum Constitutio Santissimi D. N. nil aliud præscripserit, quam quod sine opportunis Testimonialibus, quis non promoueatur, quarū concessio, ut supra propriè pertinet Prælatiſ inferioribus de cuius Iurisdictione est Ordinandus, multoque magis haben- tibus Territorium separatum, qui in omnibus parificantur Epi- scopis, & Ordinarijs, ac veniunt illorum nomine exceptis ijs tribus, quæ præcisè sunt Ordinis Episcopalis, ex cumulatis in terminis Sacri Concilij Tridentini, ad cuius formam intelligi etiam debet Santissimi Constitutio per *Barbos. ad idem Concil. sess. 23. cap. 15. de reformat. n. 28.*

69. *Quo ad quintum dubium*, cum vt supra testimoniales litteræ sint concedendæ à Reuerendis. Abbate, non autem ab Episcopo, sequitur, quod ordinatus prætermisſis Episcopi testimoniali- bus, illisque obtentis ab Abbate suspensus non remaneat, nec obnoxius alijs pænis contra male promotos, certius cum in his

terminis nec Santissimi Constitutio, nec Sac. Concil. Trident :  
nec Ius commune loquatur, & tales pœnas constituat.

70. *Quo ad sextum dubium* stantibus præmissis pariter testimoniales litteræ, ad instantiam alieni Episcopi concedendæ sunt ab Abbate non ab Episcopo, præsertim, cum hoc casu Episcopus nullû Ius prætere posse, nec ratione subiectionis, & superioritatis respectu promouendi, nec respectu collationis ordinis faciendæ ab alieno Episcopo, & in Constitutione Sanctiss. D. N. sub nomine Episcopi circa concessionem testimonialium veniant etiam Prælati inferiores, & fortius habentes Territorium separatum, ut deduximus supra.

71. *Quo ad septimum dubium* negatiua capienda venit resolutio, tum quia Reuerendis. Abbas in concedendo litteras dimissoriales suis subditis sæcularibus non contrauenit Sac. Concilij dispositioni *sess. 23. cap. 10.*, quæ illum uti gaudentem separato Territorio extrâ limites Diœcesis Calaguritanæ non compræhendit iuxta superius firmata, tum quia quatenus etiam hodie, quod non credimus, declararetur sub ea comprehendi, excusatus remaneret à pœna ratione bonæ fidei, in qua reperitur, tam ratione suæ immemorabilis possessionis, quâ attēta sententia illius non compræhensionis tot grauissimorum Doctorum auctoritate roborata, ab hoc Sacro Tribunali semper sequuta, & decretis etiam Sac. Congregationum confirmata, ut ostendimus supra §. *Quoad primam inspectionem cum seqq.* cum etiam Ius dubium æquiparetur ignorantia facti ab omni pœna eximētis optime *Barbos. ad conc. sess. 23. cap. 8. num. 31. cum seqq. Nouar. in Sum. Bullar. par. 1. coment. 98. num. 15. & 20. Pignatell. consult. 158. num. 8. tom. 4.*

72. *Quo ad octauū, & ultimū dubium* superflua ex præmissis redditur discussio & resolutio, atque in supposito casu dicendū est Episcopum procedere non posse ad declaratoriam contra Abbatem ob defectum Iurisdictionis, & obstaculum illius exemptionis, itaut proprijs suis tantummodò superioribus subijciatur *Lezzan. in sum. quæst. reg. tom. 1. par. 1. cap. 20. num. 3. Quarant. in sum. Bull. verb. Priuil. reg. fol. 513.* ubi refert declarationem Sac. Congregationis Concilij de anno 1601.

Quarè, &c.

*Ioseph de Cappuccinis.*

Reverendissimo Domino  
**MOLINES**  
DECANO.

Nullius, seù Calaguritana Juris  
ordinandi.

P R O

Reverendis. Abbate, & Venerabili  
Monasterio S. Æmiliani Ord.  
S. Benedicti Congreg.  
Hispaniarum.

C O N T R A

Illustris. & Reverendis. D. Episco-  
pum Calaguritanum.

---

**Facti.**

---


Romæ, Typis Reu. Cam. Apost. 1700.


Joseph de Castelnau

S


S


o-











ALEGATO  
PRO  
ABADIA  
NULLIUS.  
1700

A 65/13